VER. Redit optatum. Item alia.

cum gaudio flore decoratum purpureo aves edunt
cantus quam dulciter revirescit nemus cantus
est amenus totaliter. Iuvenes ut flores accipiant et se per
odores reficiant virgines assumant alacriter et eant in pra
ta floribus ornata communiter. Springe wir den reigen
nu vrowe min. vrowen uns gegen den meigen uns chumet
sin schin. der winder der heiden tet senediu not. der ist
nu gergangen si ist wnnechlich bevangen von blůmen rot.

VERIS. Leta facies. Item alia.

mundo propinatur hyemalis acies victa iam fugatur
in vestitu vario phebus principatur nemorum dul
cisonoque cantu celebratur. Flore fusus gremio phebus no
vo more risum dat hoc vario iam stipata flore. zephyrus
nectareo spirans in odore. certatim pro bravio curramus in
odore. Litteratos convocat decus virginale. laicorum ex
ecrat pecus bestiale. cunctos amor incitat per iubar estivale. venus se communicat per nomen generale. Cytharizat
cantico dulcis phylomena. flore rident vario prata iam
serena. salit cetus avium silve per amena. chorus promit virgi
num iam gaudia millena. In liehter varwe stat der
walt der vogele schal nu donet. diu wnne ist worden manichvalt.

des meien tugende chrônet. seinde liebe ~~seinde ł~~ wer were
alt. da sich div zit so schônet. her meie iv ist der brisgealt.
de winder si gehônet. I r e u. dr.
TEMPUS. transit horridum. frigus hyemale. redit
quod est placidum, tempus estiuale. quod cum a
mor exigit sibi principale. qui amorem diligit
dicat ei uale. Mutatis temporibus. tellus parit flores. p diu
sis floribus. uariat colores. uariis coloribus. prata dant o
dores. phylomena cantibus suscitat amores. Quisquis amat
gaudeat. tempus se uidere. in qua sua gaudia debeat te
nere. et cum amor floreat qui iubet gaudere. iam non sit
qui audeat inter nos lugere; Unam quidem postulo. tam
michi dari. cuius quidem osculo. potest mors uitari. hec
amoris uinculo. cupio ligari. dulce est hoc iaculo uelle
uulnerari sit. post uulnus ricero. dulcis est lesura. si post
risum fleuero. talis est natura. Et cum etas uenerit sene
tutis dura lugeat quod fecero pena futura. Sed quod
eam diligo. mira res uidetur. onus est quo alligor et
uix sustinetur. unum de me iudico. quod uerum habetur.
morte quam eligo nisi michi detur. Zergangen ist
der winder chalt. der mich so sere mûte. gelôbet stat der grû
ne walt. des frôet sih min gemûte. nieman chan nu w.

Deu alte wirde han ih manichualt von eines wibes güte:

TERRA iam pandit
gremium uernali lenitate. quod gelu triste clau/
(invernali)
serat. inuernali feritate. dulci uenit strepitu fauo/
nius cum uere. serenum spirant boreas non cessat commoue/
re. tam grata rerum nouitas. que patitur silere. Nunc gra/
canunt iuuenes. nunc cantum promunt uolucres. modo
ferro durior est que non mollit uenus. et saxo frigidior.
qui non est igne plenus. pellantes nubes animi dum aer
est serenus. Ecce iam uernant omnia fructu rediuiuo.
pulso per tempestem iam frigore nociuo. tellus feta sui par/
tus. grande decus flores gignit. odoriferos nec non mul/
tos colores. catonis uisis talibus inmutarentur mores. Fronde
nemus ~~nemus~~ induitur. iam canit phylomena. cum uariis colori/
bus iam prata sunt amena. spaciari dulce est per loca nemoro/
sa. dulcius est carpere ~~cum~~ iam lilium cum rosa. dulcissi/
mum est ludere cum uirgine formosa. Verum cum men/
tes talia. recesserint oblectamina. sentio quod anxia fiunt
mea precordia. si friget in qua ardeo nec michi uult
calere. quid tunc cantus uolucrum michi queunt ua/
lere quid tunc ueris precordia iam hyemps erit uere.
Nu suln wir alle fröde han. die zit mit sange wol began

wir sehen blumen stan. diu heide ist wnnechelich getan
tanzen reien springen wir mit fröde unde och mit schalle. daz
zimet guten chinden als iz sol. nu chinphen mit dem balle.
min vrowe ist ganzer tugende wol. ih weiz wiez ~~wie ez~~ w
gevalle.

ITEM AL.

FLORET SIL. Omnes arbores. dulce canunt uolu
cres. reuirescunt frutices. congaudete iuuenes.
Meror abit squalidus. amor adit calidus superat
uelocius. qui non amat ocius. **V**irgo tu pulcherrima. cum
non sis acerrima. uerba das asperrima. sicut sis deterrima.
Viribus infirmior. ab amore ferior. uulnera experior si non
sanas morior. **Q**uid tu captas iuuenis. queris que non in
uenis. **M**e enim queris ludere. nulli uolo iungere cum feni
ce tam publice. uitam uolo ducere. **S**ed amor durus est
ferus est fortis est qui nos uincit iuuenes. uincat et iuuen
culas. ultra modum rigidas. **V**ideo dictis tuis quid tu uis
quid tu sis quod amare bene scis et amari ualeo. et iam uincas
ardeo. **D**iu heide grünet unde der walt stolze meide wesent
palt die vogele singent manichualt zergangen ist der win

ITEM AL. der chalt.

TEMPUS adest florum. surgunt namque flores
uernales mox in omnibus iam mutantur mores. hoc

quod frigus leserat reparant calores. cernimus hoc fieri
per multos colores. Stant prata plena floribus in quibus nos
ludamus. virgines cum clericis simul procedamus. per amorem
veneris ludum faciamus. ceteris virginibus ut hoc referamus.
O dilecta domina cur sic alienaris an nescis o carissima. quod
sic adamaris. si tu esses Helena. vellem esses Paris tamen
potest fieri noster amor talis. Ich solde eines morgenes gan eine
wise bi stete do sach ich eine maget stan dev grüzte mih berei
te. si sprah liebe war wendir dürfent ir geleite gegen den
füzen neig ih ir gnade ih ir des seite. I T E M.
Ecce gratum et optatum ver reducit gaudia.
purpuratum floret pratum. sol serenat omnia.
iam iam cedant tristia estas redit nunc recedit
hyemis sevicia. Iam liquescit et decrescit grando nix et
cetera. bruma fugit. et iam sugit ver estatis ubera illi
mens est misera. qui nec vivit. nec lascivit sub estatis
dextera. Gloriantur. et letantur in melle dulcedinis. qui
conantur. ut utantur premio cupidinis. simus iussu
cypridis. gloriantes et letantes. pares esse paridis. Zeruwen
vröden stat min muot. hohe sprah ein schöne wip. ein ritter
minen willen tuot. der hat geliebet mir den lip. ich
wil im iemmer holder sin danne deheinem mage min ih

erheiget ime wibes truwe schin. | T F A.

IAM. Iam rident prata iam iam virgines iocun-
dantur terre ridet facies estas nunc apparuit orna-
tusque florum lete claruit. Nemus revirescit frondent
frutices hyemps seva cessit leti iuvenes congaudete floribus.
amor allicit vos iam virginibus. Ergo militemus simul
veneri tristia vitemus nosque teneri visus et colloquia spes a-
moreque trahant nos ad gaudia. Ich han gesehen daz mir in dem
herzen sanfte tuot des grünen loubes pin ich worden wolgemuot.
diu heide wunnechlichen stat. mir ist liep daz si also vil der
schönen blümen hat. | T F A.

MUSA. Venit carmine dulci modulamine parit-
er cantemus ecce virent omnia prata rus et nemus
Mane garrit alaudula lupilulat et coturnula, uber-
te natura phylomena queritur antiqua de lectura. Hi-
rundo iam finsat cignus dulce trinsat, memorando fata
cuculat et cuculus per nemora vetusta. Pulchre cantant
volucres terre facies vario colore et in partum solvitur
redolens odore. Late pandit tilia frondes ramos folia
thymus est sub ea viridi cum gramine in qua fit cho-
rea. Patet et in gramine iocundo rivus murmure locus
est festivus venit cum temperie susurrans tempestivus.

Were diu werlt alle min von deme mere unze an den rin
des wolt ih mih darben daz ~~chunich~~ diu chünegin von engellant lege an mi
nen armen. Item alia.

Tellus. flore vario vestitur. et veris presentia
sentitur. phylomena dulciter modulans auditur.
sic hyemis sevicia finitur. Rubent gene coma disgre
gata, frontem cedit parum inclinata, tota ridet facies se
lix et beata que tantis est virtutibus ornata. Graculis suban
gulo de more. ista vincit balsamum odore, felix qui cum
virgine fruitur sopore; hic diis adequabitur honore.
Distant super cilia decenter et equali spacio ridenti. os invitat
osculum simile poscenti subveni mi domina cadenti.
Vulneratus nequeo sanari. nulla vite potest spes dari.
nisi me precedentes velis consolari. que cuncta vincis for
ma speciali. Nahtegel sing einen don mit sinne. min
hohgemuoten chuniginne. chunde ir daz min steter muot
unde min herze brinne nah ir suzze ~~liebe~~ selbe. unde nah ir min
ne. De more, cum honore. Item. Ine.

Si lecte viverem, nec meroris, nec doloris, librum
legere. salutarem gramina me novarem, nun
do darem nova carmina. Tamen cano sed vetano sta
tu veneris. civis paris et scolaris sum cum ceteris

qui nouerunt uaria decantare ueri dare sua gaudia. In
palestra clite mestra, lude fortius. unus uiuit quem non uidit
mors cum fratribus. cras enim est tercius si me uocet sane dicet
quintus ~~mutus~~ mudus. Quis arte, quia caret leto pectore. curans
curo defuncto timens tempore. nequeo cum talibus accubare ut
durare sub riualibus. Sage daz ih dirs iemmer lone hast du
den uil lieben man gesehen. ist iz war lebet er so schone als si
sagent vñ ih dih hore iehen. vrowe ih sah in er ist vro. sin herze
stat. ob ir gebietet iemmer wol. ho I r. R. M.

FLORET. Tellus floribus uariis coloribus floret et
cum gramine. Caueant amoribus iuuenes cummo
ribus uario solamine. Venus assit omnibus ad eam cla
mantibus assit cum cupidine. Assit cum iuuenibus iuuamen
poscentibus ut persint huius domine. Venus que est et erat tela
sua perferat in amantes puellas. Que amantes humerat iu
uenes non conterat nec pulchras domicellas. Nu sin stolz vñ
hovisch nu sin stolz vñ houisch nu sin stolz vñ houisch. Venus
schwzer iren bolz. uenus schwzet irn bolz. uenus schwzet irn bolz.

FLORET. Silua nobilis floribus et foliis, ubi est Ir.
antiquus meus amicus hinc equitauit eia quis me
amabit Resp. Floret silua undique nah mime gesellen
ist mir we. Grunet der walt allenthalben. wa ist min ge

selic allen lange der ist gerten binnen owi wer sol mich min
nen

REDIVIVO. Item. Lnen.

vernatit flore, tellus que diu marcuit. et vernali sol
calore pulso brume statu claruit. nam phylomena
dulciter dulcisonis concentibus delectat cor suaviter. Estas nunc
tenella. vestit fronde nuditatem arborum puellaris turba ges
tit florem contemplari nemorum. hanc sequatur cum gaudio
iuvenum milicia dulcis et leta concio. Ergo leti aspiran
tes dulcem iterum ad temperiem iocundemur gratulantes;
venereamque ad blanditiem et aurea cupidinis ad iacula sit
animus velox ad cultum virginis. Ich pin cheiser ane chro
ne vn ane lant daz meine ih an dem mut. ein geschiht mir
nie so ~~habe~~ schone wol ir liebe dw mir sanfte tut. daz machet mir
ein vrowe gut. ih wil ir iemmer dienen mer ih engesah nie wip

VIRENT. Item. Lso wol gemut

Prata hiemata tersa rabie. florum data mundo grata. ri
dent facie. solis radio nitent algent rubent candent
veris ritus iura pandent ortu vario. Aves dulci melodia so
nant garrule omni via. voce pia volant sedule et in nemore.
frondes flores et odores sunt ardescunt iuniores hoc in tempore.
Congregatur augmentatur cetus iuvenum. adunatur copule
tatur chorus virginum et subtilia ad choreas venereas sa

lit mater in tereas sua filia. Restat una quam fortuna dante
uenere clarens luna oportuna ob quam uulnere dans suspi
ria predelecta simplex recta cordi meo est inuecta mutans tristia.
Quam dum certo desuperno puto uigere cuncta signo donec
certo solam tenere hanc desidero unius plecti & subnecti loco
leto insecreto si contingero. So woldir meie wie du scheidest
allez ane haz. wie wol du die boume cleidest unde die heide
baz. diu hat varwe me du bist chuzer ih pin langer also stri
tent si uf dem anger blumen unde chle. I t e m.


ESTAS. Non apparuit preteritis temporibus que sic
clara fuerit ornantur prata floribus. Refl. Aues
nunc insilua canunt & canendo dulce garriunt.
Iuno iouem superat amore maritali mars uulcano capitur
re artificiali. In exemplum ueneris hec fabula proponitur
phebus daphnem sequitur europa thauro luditur. Amor que
rit iuuenes ut ludant cum uirginibus uenus despicit senes
qui repleti sunt doloribus. Ich gesach den sumer nie daz er
so schone duhte mich. mit menigen blumen wolgetan diu
heide hat gezieret sih sanges ist der walt so vol diu zit diu
tut den chleinen uogelen wol. Item Al.

TEMPUS. Transit gelidum mundus renouatur
uere redit floridum forma rebus datur auis mo

dulatur modulans letatur lucidior ⁊ lenior aer iam serenatur
iam florea iam frondea silua comis densatur. Ludunt sup(er) gra
mina uirgines decore. quar(um) noua carmina dulci sonant ore
annuunt fauore. uolucres canore fauent ⁊ odore tellus pic
ta flore. cerigitur ⁊ scingitur ⁊ tangitur amore uirginibus
⁊ auib(us) strepentib(us) sonore. Tendit modo recia puer pharetrat(us)
qui deo(rum) curia prebet famulatus. cuius dominatus. nimiũ
est latus p(er) hunc triumphatus. sum ⁊ sauciatus. pugnaueram
⁊ fueram inprimis reluctatus ⁊ iterum p(er) puerum sum ue
neri p(ro)stratus. Vnam huius uulnere saucius amaui. quã
sub firmo federe michi copulaui. fidem conuitaui fidem
uiolaui. rei tam suaui. totum medicaui quam dulcia sũt
basia puelle iam gustaui nec cinamum ⁊ balsamum esset
tam dulce faui. Vrowe ih pin dir undertan. des la mich
geniezen ih diene dir so ih beste chan. des wil dih verdrie
zen. nu wil du mine sinne mit dine gewalte slíezen.
nu wold ih diner minne vil süze minne niezen. vil reine
wip din schoner lip wil mich zeseir schiezen. gnade dine gebot
ih nimmer chume ob(er) alle wib e hiezen. VERSUS

Est amor alatus puer ⁊ leuis est pharetratus.
Ala recessiuum demonstrat tela c̃ entium.
Arcus amentem p(ro)bat ⁊ ratione carentem.

Vulnificus pharetra signatur nobilis ala.
Nudus formatur quia nil est quo teneatur.
Mittit pentagoras neruo stridente sagittas.
Quod sunt quinque modi quibus associamur amori.
Visus colloquium tactus compar labiorum.



I VIOR. Pulchra nitet facie. que cordis trahit intima. hec est de cuius specie omnis amans dat plurima cũ fletib; suspiria. Hec processit de regia prole. multa dat hec et aufert gaudia. Hec est que caret macu/la totaliter uenenea. ob hoc amoris iacula traiecit in mea uiscera cordis. qua propter langueo quod perimere eru/beo si nõ exsto eius igne exardeo. Si non exoro superos altitonem cum hercule. scio quod igniferos dolores fero sedule. et iunonẽ cum pallade et helenã cum uenere nõ prospere hanc me contingit uincere. Si ist schöner denne urowe dido was. si ist schöner denne vrowe helena. si ist schöner denne vrowe pallas. si ist schöner denne vrowe ecuba. si ist minnechlicher denne vrowe Isabel. un uro/licher denne gaudile. mines herzen chle ist tugunde richer denne baldine.

ALVE. Ver optatum De vere.


amantibus gratum gaudiorum fax multorum florum incrementum multitudo florum et color colorum salve tot et estate iocorum augmentum. dulcis avium concentus sonat. gaudeat iuventus hyemps seva transiit nam lenis spirat ventus. Tellus purpurata floribus et prata revirescunt. umbre crescunt nemus redimitur. lascivit natura. omnis creatura leto vultu claro cultu ardor investitur. venus subditos titillat dum nature nectar stillat sic ardor venereus amantibus scintillat. O quam felix hora in qua tam decora supersit vitam sic politam amenam iocundam o quam crines flavi in ea nil pravi scio fore in amore nescio secundam frons nimirum coronata supercilia nigrata et adyris formulam in fine recurvata. Nivei candoris rosei ruboris sunt maxille. inter mille par non est inventa. labia rotunda atque rubicunda. albi dentes sunt nitentes in sermone lenta. longe manus. longum latus. guttur et totus ornatus. est cum diligentia divina compilatus. Ardoris scintilla devolans ab illa quam pre totis amo notis cor meum ignivit. quod cor fit favilla veneris ancilla. si non curat ardor durat. moritur qui vivit. ergo fac benigna phyllis ut iocundar in tranquillis. dum os ori iungitur et

pectora mamillis.

LUCIS. Orto sydere exit uirgo ppere. Item.
facie uernali oues iussa regere baculo pastorali.
Sol effundens radium dat calorem nimium uirgo
speciosa solem intrat noxium sub arbore frondosa. Dum p
cedo paululum lingue soluo uinculum salue regie digna
audi queso seruulum esto michi benigna. Quid salutas
uirginem que non nouit hominem ex quo fuit nata sci-
at deus neminem inueni p hec prata. Forte lupus adue-
nit quem fames expulerat gutturis auari oue rapta p-
perat cupiens saturari. Dum puella cerneret quod sic o-
uem pderet pleno clamat ore siquis ouem redderet me
gaudeat uxore. Mox ut uocem audio denudato gladio
lupus immolatur ouis ab exitio redempta reportatur,

VERE dulci mediante. Item al.
non in maio paulo ante luce solis radiante uirgo
uultu elegante fronde stabat sub uernante canens
cum cicuta. Illuc ueni fato dante nimpha non est forme tante
equi pollens eius plante que me uisto festinante grege fugit
cum balante metu dissoluta. Clamans tendit ad ouile hanc
sequendo precor sile. preces spernit et monile nichil timeas
hostile quod ostendi tenet uile uirgo sic locuta. Munus ues-
trum inquit nolo. quia pleni estis dolo et se sic defendit colo.

comprehensam ieca solo clarior non est sub polo uultibus in
ducta. Sitis illi fuit graue michi gratum et suaue quod fe
cisti inquid praue ue ue tamen caue ne reueles ulli ca
ue ut sim domi tuta. Si senserit meus pater uel marti
nus maior frater erit michi dies ater uel si sciret mea
mater cum sit angue peior quater uirgis sum tributa.



VERIS. dulcis in tempore Item uii sup.
florenti stat sub arbore Juliana cum sorore. Dul
cis amor. Resp. Qui te caret hoc tempore fit ui
lior. Ecce florescunt arbores lasciue canunt uolucres in
de tepescunt uirgines. dulcis amor. Ecce florescunt lilia
et uirgines dant agmina summa deorum carmina dulcis amor
Si tenerem quam cupio in nemore sub folio oscularer cum
gaudio dulcis amor. Item ad t.



OMNIS. Estas in choatur ameno tempore phe
busque dominatur depulso frigore. Unius in amore
puelle uulnerer multimodo dolore per quem et atte
ror. Ut mei misereatur et me recipiat et declinetur ad me
et ita desinat.




AB Estatis floribus Item a. t.
amor nos salutat. humus picta floribus faciem
commutat. Flores amoriferi iam arrident tempori.
perit absque tempore flos uenere flos etatis tenere. Omnium
principium dies est uernalis. uere mundus celebrat diem
sui natalis. omnes huius temporis dies festi ueneris. reg
na iouis omnia hec agant sollempnia. Diu werlt frowet
sih uber al gegen der sumerzit. aller slahte uogel schal
horet man nu wite. dar zu blumen unde chle. hat diu hei
de vil als e. grune stat der schone walt. des suln wir nu
wesen balt. Item. A. T.

O consocii quid uobis uidetur. quid negocii nobis
ad optetur. leta uenit ad nos iam ingredietur
quam chorus driadum sequetur. O uos socii tem
pus est iocundum. dies ocii redeunt in mundum. ergo con
gaudete cum letabundum tempus salutantes iocun
dum. Venus abdicans cognatum neptunum. uenit
applicans bachum oportunum quem dea precinctis am
plexatur unum. qui tristem spernit et ieiunum. Ergo
bromii cetus hic imbutus signa ueneris militem secutus.
estimetur autem laicus et brutus nam ad artem
surdus est et mutus. His numinibus uolo famulari ius

est omnibus qui uolunt beari quedam excellentie pro
scolari ut amet et faciat amari. Suziu vrowe min la
mih dich geniezen du bist min ogenschin. venus wil mih
schiezen. nu la mih chunigine. diner minne niezen.
ia nemag mih nimmer din uerdriezen. It' e oy.

LONGA spe et dubia permixta timore. soluit
in suspiria mentem cum dolore. que iam diutu
anxia mansit in amore nec tamen mestum pel
lo dolorem. Heu cui est prolixitas procurata parum et lo
a diuersitas duxerunt inuarum quam pre cunctis cari
tas cordis habet eam; omnis largus odit auarum. In hoc
loco stringitur nodus absque nodo. nec ullus recipitur mo
dus in hoc modo sed qui numquam soluitur plus constrin
git nodo. Zo ducundeia loducundeia. Hanc amo pre ce
teris quam non uincit rosa quam proferre poteris cantibus
nec prosa nec uoce nec litteris quam sit speciosa. flos in
amore spirat odore. Te rogo suppliciter dea probitatis. las
sum in me uinculum fac anxietatis. ne mortis periculum
sit merces pietatis. laus tibi soli laus tibi soli. Roseam
gerit faciem formosa precunctis cuius amore crucior ig
neisque flammis grauem eius sentio stimulum amoris
plus amore plus amore. Ino pino saucius hesito stu

pore. stulto carpore anxius animi furore: amens amans
amplius obligor amore nec tamen mestum pello dolorem.
Nelle plus acumulta capiunt uenena. Et tamen mens in/
soluta stringitur habena. eius usus michi est stimulus
et pena. thereus in phylomena heret. Verum iubet diligi
siquis est inulla. nec ipse uult corripi uel unguis pu/
silla. que uix potest colligi ut tyndaris sibilla. lodircun
deielodircundeie. Odarum preconia suppetis agamus.
et melodum cantica leti concinnamus. ut per uite tempestas
leti maneamus. flos in amore spirat odore. Eine wunne
chliche stat het er mir bescheiden da die blůmen unde
gras stůden grüne baide dar chom ih als er mih pat da ge
schach mir leide. lodircundeielodircundeie. l T ꝑ or.



B Amoris pressuram. medentis gero curam.
amanti ualituram cor estuat interius. languet
mens quondam pura. affligor et exterius propter
naturam iura. Si cupio sanari aut uitam prolongari. festi/
nem gressu pari ad dominae presentiam de qua potest spes
dari. eius querendo gratiam. sic quero reformari. Hec dul/
cis in amore est et plena decore. rosa rubet rubore et lilium
conuallium tota uincit odore. fauum mellis eximium
dulcis propinat ore. Non in uisu defectus. auditus nec

delectus est eius ridet aspectus. sed et illis iocundius locus
sub ueste tectus. in hoc declinat melius non obliquus sed
rectus. Vbi si recubarem. per partes declinarem. casum pro
casu darem, nec presens nec preteritum tempus considerare
sed ad laboris meritum magis accelerarem. Ih wolde ger-
ne singen der werlde vroude bringen. mohte mir auir ge-
lingen der ih diene alle mine tage der minne wil mich
twingen. in mime herzen ich si trage; noch lebe ih des ge-
dingen.

Item Vt sup.

AMOR. Telum est insignis ueneris uoluntate
mentis gyrans celeris amantum afflictio cordis fi-
bras elicis et conteris uultu sereno clarior prece te-
ris me tibi subicio defende ne inuoluat me procella que
uersatur clauso cordis pessulo indulci puella. Odor eius
oris fragans lilium amoris iudicat indicium experienti
osculum nullum preter homini fastidium frontis eius
decens supercilium os reniter flosculum equalis illi nus-
quam reperitur. felix est qui osculis mellifluis ipsius
potitur. Circum gygantes canite concorditer pedem
pedi committite hylariter congaudentes iubilo solus so-
lam uenerem huius laudibus concrepando manuum cum
plausibus terso mentis nubilo nam cum talem uideo

pudicam singulari gaudio tunc potior optans in ami /
cam. Mir ist ein wip sere in min gemüte chomen, von
der han ich gange tugende vil vernomen, des minnet si
daz herze min. ir schoner lip hat mir vroude vil gegeben .
solde ich nah dem willen min, die zit geleben daz ich ir
gelege bi.

MOZ Prudum ITEM AL. Mo.

Iam amoris militem devotum me exhibui. cuius nu /
tu me precipitem stulto commisi ausui. amans
in periculo unam que numquam me pio respexit oculo.
Si adhuc cessarem penitus michi forte consulerem s; non
fugat belli strepitus nisi virum degenerem, fiat quod de /
sidero vitam fortune casibus securus offero. Si adhuc
vellet diligere amore me continuo, & michi debetet in /
vere dolore nimis ferueo, sed cum hanc respicio, michi
videtur quod ferat me veneris iaculo. Ne sciat ipsa
magnanimum maiorem meo corpore: qui ramum scan /
dens altissimum. fructum querens in arbore: allegans
ingenio non esse locum in amante. metus nescio. Solde
aver ich mit sorgen iemmer leben swenne ander liute
weren fro, güten trost wil ih mir selbeme geben unt min
gemüte tragen ho, ... so von rehte ein selich man, si sagent mir

Lalle tiuren stã mir iemerlichen an.. Item At.

LABORIS. Remedium exultantes gaudium mi-
tigat exilium uirginis memoria unicum solatiũ
cuius michi gratia. Nil proponens temere. diligebam tenere.
quam sciebam degere. sub etate tenera. nil audens exigere
preter mentis federa. In absentem ardeo uenus enim audeo.
nectit cordis laqueo. corporis distantia. merens tamen gaudeo
absentis presentia. Iam etas inualuit iam amor incalu-
it. iam uirgo maturuit. iam tumescunt ubera iam frustra
complacuit. nisi fiant cetera. Ergo iunctis mentibus iunga-
mur iungam operibus. mellitis amplexibus fruamur cum
gaudio. flos pre cunctis floribus collaudemur serio. Quam
dulcem premere. mel de fauo sugere. quid hoc sit exponẽ
tibi uirgo cupio. non uerbo sed opere fiat expositio. Swaz
hie gat umbe daz sint alle megede die wellent an man
allen disen sumer gan. Item At.

ANNO. Nouali mea sospes sit et gaudeat arri-
deat cui hec chorea implicat quam replico et preci-
no pulchrior et aptior in mundo non est ea. Fer-
uens illa mea ignis est sed suauitas et bonitas refulgent ex
ea prouocant me talia ad gaudia tristorque cum suspiriis
sub luce uenerea. Hospitalis mea candida et rubea ama-

bilis uenus amoris, dea me tibi subicio auxilio egens
tuo, iam caleo q perëo in ea. Collaudare meam pudicam
delectabilem amabilem amo frequenter eam p quam
mestus uigeo z gaudeo. illam pre cunctis diligo z uene-
ror ut deam. Nu grůnet aver dív heide mit grůneme
lobe stat der walt der wíder chalt twanch si sere beide dív
zit hat sich verwandelot ein senedív not. mant mich an
der gůten von der ih ungerne scheide: Unde supra.

h HEBET. Sydus leta uisus cordis nubilo, tepet
oris mei risus carens iubilo, iure mereo, occultato
nam pꝛopinqua cordis uigor floret in qua totus hereo.
In amores hec chorea cunctis preniter cuius nomen ~~hec choreaphe~~
bea lucretenitet z p speculo seruit solo, illam colo eam uolo nu-
tu solo in ~~hoc~~ seculo. Tempus queror tam diurne solitudinis
quo furabar in nocturne aptitudinis oris basia a quo stillat
cynamonium z rimatur cordis domum dulcis cassia. Tabet
illa tamen caret spes solacii, iuuenilis flos exaret tanti spacii.
intercisio annullatur ut steriata adiunctiuus prestet iura hec
diuisio. Roter munt wie du dich swachest. la din lachinsin.
scheme dich swenne du so lachest. nach deme schaden din
dest nih wolgetan owi so verlorner stunde sol von minne
chlichen munde solich unminne ergan. Item. Xt.

UELLIBET. Succenditur. Unde sup(ra).

uiuens creatura. ad amoris gaudia, meq(ue) traxit cura
insignite uirginis inclitus figura, laborauit deitas
z mater natura. Facies est niuea miranda decore. os eius suf/
funditur roseo rubore consurgenti cernitur similis aurore.
irrigantu climata matutino rore. Tota caret carie lampas
oculorum, contertant carbunculo sicut flos est florum, rosa sup/
eminet uirginalem chorum. scintinlulas excitat amorum.

Min vrowe uenus est so güt. si than vrovde machen den sw/
iten willen tuir, der lebte mu? lachen si hat vrowen imir
hüt die lat si nit swachen. swer gegen den hat hohen müt.
der mach gerne wachen. Item de eodem.

DE POLLICITO mea mens elata in posito ui/
uit animata spei in certo, tamen dubito, ne spes di/
uerata, cedat subito. Vni fateo uni dico stelle cui
roseo. basia cum melle stillat oleo, in hac video in ipsius uel
le totus ardeo. Amor nimius inaurit timorem timor anxi
suscitat ardorem, uehementius ita dubius sentio dolorem
certo tercius. Totus ueneris. urte in camino, donis ceteris
sauciatus uino paruo ceteris z cum superis nectare diui/
no fruor fruens. Vrowe wesent vro, trostent iuch der sun
zit dw chumit w also, rosen lilien si uns git, vrowe wesent

vro. wie tuit ir nu so daz ~~nu~~ ie so truteth sit. der chle der sprin
get hoch.

1

L 

VDO. Laudat ludite. iocantes nunc audite
quos presentis gaudia demulcent leta uite
hystrio per tesseres clericus amplexibus deludat
mulieres. Amor est iam suauibus canendus melodiis qui
non tardet grauibus detentur omelius spondeat puellu
la florens quasi rosula uerbis deuicta pullus. Dicat ita fa
cie nil deneget rogata. non uiri noticiam timeatur preno
tata faciat quod petitur quod precibus negligitur preslbet
uirgo laudata. Ich han eine senede not diu tuit mir allo
we. daz machet mir ein winder chalt vnd ouch der wise sne.
chome mir diu sumerzit so wolde ich prisen minen lip .
umbe ein vil harte schonez wip .



EVIRESCIT. Et florescat cor meum a gaudio .
ab hac peto corde leto. quam numquam deserui
tota mente ut repente donet michi gratiam si me
rui. Phylomena per amenam siluam quando uolitat
exultando et cantando statim tui glorie miserere quia ue
re in hac pena dulcissima morior. wol ir libe diu so scho
ne lebet alsam diu vrowe min. si treit wol der eren chro
ne in ir dienest wil ich sin. deist ein ende swer daz wende

der gewinne hoher minne nimmer me. Vn̄ sup.

VENI. Veni ueniaſ ne me mori facias hyrca hy
rce nazaza trillirivos. Pulchra tibi facieſ oculoꝝ
acieſ capilloꝝ series o quam clara species. Rosa rubi
candidior lilio. candidior omnibus formosior semper in te glo
rior. Chume chume geselle min ih enbite harte din. ih enbi
te harte din chum chum geselle min. Süzer roser varwer
munt chum vn̄ mache mich gesunt. chum vn̄ mache mich
gesunt süzer roservarwer munt. Item de eodem.

PRE amoris tedio. uulnere emedio. cordis meo telo
quatior naufragio quassa rate uelo. Aura spirans grē
o puella facie rutilans decora. me amantem respice. non
tardanti mora. Amoris transitio. me donat exicio cor cremat
scintilla. quam si non extinxeris cor erit fauilla. Vultus tuus
uriget me. uisus tuus ligat me. miserum frequenter amor tuus
urit me indeficienter. Ergo tu ista dulcissima cum sis formo
sissima adhuc in hac cella me egenum eripe deferuenti procel
la. Taugen minne dw ist güt. si chan geben hohen müt. der
sol man sih vlizen swer mit triwen der nit phliget deme sol
Non est in medico semper releuetur ut eger. man daz wizen.
Interdum docta plus ualet arte malus. Facundia uocis amene
in fidei menti facundia dat sapienti. Cum resonat plene



TETIT. Puella rufa tunica si quis eam tetigit Re.
tunica crepuit eia. Stetit puella tamquam rosula
facie splenduit et os eius floruit eia. Stetit puella bi einem
bovme scripsit amorem an eime loube. dar chom uenus also fram
caritatem magnam hohe minne bot si ir manne. De eodem.



ERO. Utrum uiuere uiriliter. diligam si diligar
equaliter. sic amandum non censeo non aliter. hac in
parte fortior quam iupiter. nescio procari commercio uul
gari. amaturus forsitan uolo prius amari. Mulieris animi
superbiam graui supercilio despiciam. nec maiorem terminum
subiciam. neque bubus aratrum preficiam. displicet hic usus in
miseros diffusus malo plaudens ludere quam plangere delusus.
Que cupit ut placeat huic placeam. prius ipsa faueat ut fa
ueam non ludemus aliter hanc aleam ne se granum reputet
me paleam. pari lege fori deseruiam amori ne prosternar impu
dens femineo pudori. Liber ego liberum me iactito. casto fore
similis ypolito nunc uincat mulier cum subito que seducat o
culis ac digito dicat me placere. diligat sicut hec michi preteri
tas placet in muliere. Ecce michi displicet quod exiui et meo
contrarius sum carmini tue reus domina dulcedini cuius e
legantie non memini. quia sic erraui sum dignus pena graui
penitentem corripe si placet in conclaui. Ich wil den sumer

gruzen so ich besten chan der winder hat mir hivte leides
wil getan des wil ich (in) rufen under wowen ban. ich sih die (liehte) heide
in gruner varwe stan dar suln wir alle gahen die sumerzit enphahen. des tanzes ich beginnen sol wil ez iv niht versmahen.


140 Tempus. Item. Tr. am. vy. Sup.

Tempus est iocundum o virgines modo congaudete vos iuvenes. o. o. totus floreo. Refl. Iam amore virginali totus ardeo novus novus amor est quo pereo.

Cantat phylomena sic dulciter et modulans auditur intus caleo. o. o. totus floreo. Flos est puellarum quam diligo et rosa rosarum quam sepe video intus caleo. o. o. totus floreo.


Mea me confortat promissio mea me deportat negatio. o. o. totus floreo. Mea mecum ludit virginitas mea me detrudit simplicitas o. o. totus floreo. Sile phylomena pro tempore surge cantilena de pectore o. o. totus floreo. Tempore brumali vir paciens animo vernali lasciviens. o. o. totus floreo. Veni domicella cum gaudio veni veni pulchra iam pereo o. o. totus floreo. Einen brief ich sande einer vrowen gut. dw mich in ir lande beliben tut. solte ich ir enbor ob si iu gelas dar an was al mins hergen muot dw reine ist wol behut. Reft.

Selich wip vil suzich wip du gist wol hohen mut. schone ist dw zit bi dir swer lit. sanfte dem daz tut. ooooooooooo.



MI Dulcissima uultu Item a t.

serenissima & mentes legis sedula ut mea refert littera. Resp. Manda liet manda liet min geselle chomet niet. Que est hec puellula dixi tam pre candida. Inclusus nitet facie candor cum rubedine. Vultus tuus indicat quanta sit nobilitas, que intus pectore lac miscet cum sanguine. Que est puellula dulcis & suauissima cuius amore caleo quod uiuere uix ualeo. Circa mea pectora multa sunt suspiria de tua pulchritudine que me ledunt misere. Tui lucent oculi sicut solis radii sicut splendor fulguris qui lucem donat tenebris. Vellet deus uellent dii quod mente proposui ut eius uirginea reserassem uincula. Ich wil truren varen lan, uf die heide sul wir gan, vil liebe gespilen min. da seh wir der blumen schin. Ich sage dir ih sage dir min geselle chum mit mir. Suziu minne raine min, mache mir ein chrenzelin, daz sol tragen ein stolzer man, der wol wiben dienen chan.



Natura preteritis Item a t.

mira preflorat arte quercia cura ueteris qua laude tueatur te. Resp. Reuertere reuertere iam ut intueamur te. Veneris aduenerat instigor miro marte, si uenerit aut generem cura curatur marte. Ne me blandicie michi spem auertes arte cum tue sint primicie.

laudes in omni parte. Sed respondes merito laudis nunc pre-
ueniis ut nulla uerito metam experiar te. Der winder zei-
get sine chraft den blůmen unde der weide zergannen ist
ir grůzzew chraft daz chlaget uns diu heide. Wue-
tiu in trise unde ouch der sne da uon stat val der grüne chle.
Die uogele swigent gegen der zit. si lebent in grozen sorgen. durh
daz der vrost in chelte git des ugent si verborgen. Item alia.
SOL. Solis in stellifero. stellas excedit radio. sic uni-
ca quam diligo. michi placet pre ceteris. Refl. Vos
igitur o socii nunc militetis ueneri. Quecumque est quam
diligo quam super omnes eligo. de qua frequenter cogito. michi
respondet merito. Aspectus eius lilius. rosa genis est similis.
os dulce latus gracile. longitudinis modice. O si forem Mer-
curius. phylologi assedulus. et si sit in compedibus. sibi iunge-
rer clericus. Quid illud possum dicere. nos si qui uelint in pe-
tere festina moram rumpere. fac mori uel fac uiuere. Uns
chumet ein liehte sumerzit diu heide in grüner varwe lit
gras blümen chle löp uns si git die walt sleit alle widerstrit.
I Refl. Swer nah frouden werben wil der habe mut und
sinne vil. Item unde supra.
SIL. Puer cum puellula morabantur in cellula. Refl.
Felix coniunctio amore succrescente. pari e medio

expulso pcul tedio. Fit ludus ineffabilis. membris desertis
labilis. Ich sich den morgen sterne brehen nu helt la dich niht
gerne sehen vil liebe dest min rat swer tovgenlichen min
net wie tugenlich daz stet da friwntschaft hůte hat. Iter.

VIRGO. Quedam nobilis div gie ze holze umbe ris
do si die bunde do gevant. Refl. Eia heia wie si
sanch. cicha cicha wie si sanch vinculla vinculla vin
culla rumpebat. Venit quidam iuvenis pulcher et ama
bilis der zetrant ir den bris. Er vienc si bi der wizen hant.
er fürt si in daz vogel sanch. Venit sive aquilo der warf
si verre in einen loch er warf si verre in den walt. Iter.

ICH. was ein chint so wolgetan. virgo dum flo
rebam. do brist mich div werlt al. omnibus place
bam. Refl. Hoy et oe maledicantur thylie
iuxta viam posite. Ia wolde ih an die wisen gan. flores adu
nare. do wolde mich ein ungetan ibi deflorare. Er nam mich
bi der wizen hant. sed non indecenter. er wist mich div wise
lanch valde fraudulenter. Er graif mir an daz wize ge
want. valde indecenter er fůrte mih bi der hant multum
violenter. Er sprach vrowe gewir baz. nemus est remotum.
dirre wech der habe haz planxi et hoc totum. Iz stat ein
linde wolgetan. non procul a via da hab ich mine herphe lan

timpanum cum lyra. Do er zu der linden chom. dixi se-
deamus. diu minne twanch sere den man ludum faciamus.
Er graif mir an den wizen lip. non absque timore. er sprach
ich mache dich ein wip dulcis es cum ore. Er warf mir
uf daz hemdelin. corpore detecta. er rante mir in daz pur
gelin cuspide erecta. Er nam den chocher unde den bogen.
bene uenabatur. der selbe hete mich betrogen ludus compleatur.
Suscipe flos florem quia flos designat amorem.



Illo de flore nimio sum captus amore.
Hunc florem flora dulcissima semper odora.
Nam uelud aurora fiet tua forma decora.
Florem flora uide quem dum uideas michi ride.
Flore . florente tua uox cantus phylomene.
Oscula des flori rubeo flos conuenit ori.
Flos in pictura non est flos immo figura.
Qui pingit florem non pingit floris odorem.